



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Ioannis|| Climaci Ab-||batis Montis|| Synai,|| Scala Paradisi**

**Johannes <Climacus>**

**Coloniae, 1583**

**VD16 J 520**

Vita, & mors Abbatis Gregorij Byzantini, & alterius Gregorij Pharonitæ eius  
discipuli. Capvt. CXXI.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55433](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55433)

no; melotesque illorum iuxta eos erant positæ. Accepimus itaque illos, & duximus ad nauem, continuoque æstuans mare tranquillum factum est, & venti contrarij in oportunos conuersi sunt. Et transfretrauimus secundis ventis, & venimus in Raythu. Patres autem sepelierunt eos cum antiquis senibus.

*Vita, & mors Abbatis Gregorij Byzantini,  
& alterius Gregorij Pharonite eius  
discipuli.*

## CAPVT. CXXI.

**N**arrauerunt nobis ipsius loci patres de Abbate Gregorio Byzantino, & discipulo eius Abbate Gregorio Pharonite, quod in insula quadam maris rubri manserint. Illa verò insula aquam non habebat. Sed ex continenti afferebant aquam sibi in vsus suos. Habebant etiam ratem, cum qua exhibant, & afferebant aquam. Quadam autem die dimiserunt ratem in mare, ligantes illam ad saxum quoddam. Nocte verò illa facta est vnda vehemens, ruptoque fune periit ratis. Manserunt autem patres illi non habentes, unde sibi aquam deferrent. Post octo itaque menses venerunt monachi de Raythu, & inuenerunt ambos mortuos. Inuenerunt autem & in dorso testudinis ita scriptum: Abbas Gregorius Pharonites viginti & octo diebus aquam non bibens defunctus est, ego autem dies triginta septem transegi, ex quo non bibi. Inuenimus verò ambos integros, sumentesque illos<sup>1</sup> sepeliuimus in Raythu.

<sup>1</sup> Ergo sepelire mortuos est opus pium.